

LIBELLUS DE FIDE

* SEU

DUODECIM ANATHEMATISMI SUB RUFINI NOMINE.

INCIPIT PROPTER FIDEM.

Propter venerationem Sanctorum locorum, Ierosolymam^a et Bethlehem venimus: et intelleximus, plurimos fratres in nobis scandalizari, eo quod audiuerint, nos multa haeretica, et quae contra fidem Ecclesiae veniunt, profiteri. Itaque, Deo praesente, testamur, quae infra scripta sunt, nos ex parte sensisse per errantem, et praesenti tempore condemnare: alia autem, in quibus falso infamamur, nec dixisse, nec dicere, et contraria, quae in aliis suspicamur, posuisse atque damnasse.

I. Qui dicunt, Diabolo, et Demonibus, et impiis, hoc est, Gentibus, Judeis, Samaritanis, omnibusque haereticis (exceptis Christianis, qui rectam fidem sequuntur, et sunt peccatores) poenas eorum non esse perpetuas, anathema sint.

II. Qui dicunt, quemvis sanctum virum, et prophetalem, et apostolicum sine Dei auxilio posse esse perfecium, anathema sint.

III. Qui dicunt, Christum Fidem Dei, Deum Verbum, in hominem esse mutationem, ita ut Deus Verbum esse desierit; aut hominem purum natum ex Maria secundum Paulum Samosatenum, et Photinum; et merito atque virtutibus in Dei vocabulum profecisse, anathema sint.

IV. Qui dicunt, illud quod scriptum est, *De die, anno et hora nesciunt neque Angeli, neque Filius* (*Marc. 13.32.*), juxta blasphemias Arianorum, et non propter dispensationem carnis assumtae, anathema sint.

V. Qui dicunt, Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, hoc est, Sanctam Trinitatem, diversae inter se

A esse substantie, et non unius potestatis atque naturae, anathema sint.

VI. Qui dicunt, quolibet modo, et quilibet sensu Filium Patrem non videre, anathema sint.

VII. Qui dicunt, animas nostras ex Anglorum fastigio in hæc corpora corruisse, propter quædam antiqua peccata, et in isto mundo agere paenitentiam, assumentes illa testimonia, *Priusquam humiliarer ego peccavi* (*Psal. 118. 67.*). Et, *Educ de carcere animam meam* (*Psal. 141. 8.*), et cetera his similia, anathema sint.

VIII. Qui dicunt, Dominum et Salvatorem nostrum non in nostra venisse, sed diversæ sublimiorisque fuisse substantie, sive celestis, et non in totum summis, quod de Maria est, vel animam hominis non habuisse, vel mentem absque peccato, anathema sint.

IX. Qui dicunt, post multa secula et tempora, que non possimus humana cogitatione comprehendere, restitutionem fieri omnium in antiquum statum, et universa ad sua redire principia, anathema sint.

X. Qui dicunt, post resurrectionem non eadem habere nos corpora, sed aerea quædam et spiritalia, et non ejusdem naturæ cuju[m] in sepulchro conditi sumus, licet incorruptæ atque immortalis, anathema sint.

XI. Qui dicunt, post resurrectionis finem, et post multa tempora aboliri corpora, et reverti in usum, ut si e corporibus tantum anime sitimus, quod prius fuimus, anathema sint.

XII. Qui dicunt, animas prius fuisse quam nate sunt, et non cum corpore secundum exemplum primi hominis a Deo quotidie fieri, anathema sint.

FINIT DE FIDE, DE NOMINE RUFINI.

^a Card. Norisius ex Vaticano, Garnerius ex Bellavensi MS. ediderunt, atque ille quidem Rufino Aquilejensi, hic alteri Rufino Hieronymi discipulo maluit adscribere. Mabillonus ex Codice Bobiensi antiquisissimo laudat, hoc leminate, *Abreratio Fidei Catholicae exposita a S. Hieronymo*, ut quidam in heresim lapsi corrigerentur. Et qui tamen hinc velit Ille-

ronymo tribui, desipiat.

^b Falsus est properante oculo Norisius leges in Vatic. *Jerosolymarum* pro *Jerosolymam*. Ex hac autem lectione, quam restitumus, satis constat, hanc posse hanc Rufino Aquilejensi scriptiunculam attribui. Videsis Garnerium in Mercatore, et Fontanum in *Vita lib. II. cap. 18.*

RUFINI PRESBYTERI PROVINCIE PALESTINE LIBER DE FIDE.

581 Hæc nostra fides est, quam didicimus a Deo

et doctis viris, Moysè dico et cæteris Prophetis,

* Liber de fide) Adnotat P. Sirmondus, atque ait,

bis libri hujus testimonio usum esse Joannem Dia-